Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

seu melioratam

ad emendationem magam, ut nos praua corrigamus. in quos fines seculorum
deuenerit. quia nos in fine seculi sumus positi. in ultima scilicet etate; non
sit quod illos scripta ut ipsi legerent. quia talia agentes, ita meruerunt
recipere. quia iam olim mortui erant. si per uia salutis et utilitate. ut
sit in more eorum indi seruicio manserimus gladium cum illis promissa
accipiamus. tram uidel regnissionis. que significat patria
celestem; si quomodo aut alium germinum. que minabit nobis pena illorum.
quo maior noticia legis. plurifacit hominem reum. stragis quasi se existi
mat stare in rectitudine fidei bonisque operibus et in scientia qua
credit oia esse munda. uideat ne cadat in superbia. aut in scan
dalum fratris. Isto in loco tacite ac specialiter petunt eos. quasi presumes
de sua scientia quasi licitum sit omnia edere. quia oia munda sunt
mundis. Recitebam in idolis et edebam carnes idolo dicata
unde scandalizabantur simpliciores fratres. quia uidentes talia
agere putabant aliquod numinis et deitatis esse in idolis atque in
cibis illorum sacratis. Generaliter autem ad omnes pertinet quod dicit. quia stat in
fide et bono opere uideat ne cadat. Temptatio autem uos non app
hendat nisi humana. que opere non proficit. Temptatio humana malum
est cognitare. et in corde temptationes multas perpetrare. Diabolica
autem est temptatio. certamina temptationis in opere superari. et malum
proficere. Concupiscere mulierem humana temptatio est. adulterium
suae fornicationem perpetrare diabolicum est; sic decetis uicissim
intelligendum est. Fidelis autem deus est. quia non patiet uos temptari sup ro
quod potestis sustinere. fidelem esse dicit deus. quo quod promisit fidelibus
suis opere impleuit. complet quoque contulit et implebit. promisit se datu
rum regna celestia. implebit illud quo dabit eis. Idcoque non permittit
eos temptari sup ro quod humana fragilitas potest ferre; si faciet
cum temptatione etiam euentum. i. auxilium. ut possitis sustinere.
i. illud faciet euenire. quod potest humana fragilitas ferre. uidel
a temptatione et tribulatione oci liberando. sicut legimus de beato
abrahamo. qui liberatus est de ur chaldeorum. necnon de tribus pueris in ca
mino. et daniele qui missus est in lacum leonum. et de innumerabili
multitudine martirum. dum etiam in temptatione tolerantiam pre
bendo et victoriam sicut tribuit beato iob. petro quoque in cruce et
andree. laurentio quoque super craticulam. multisque aliis martibus.

11 duigentib